



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Ecclesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Mathildis Reg. 2. SS. Monachi Mm. S. Petrus Abb. 14 Mart.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Mathildis Reg. 2. SS. Monachi Mm.
S. Petrus Abb. 14 Mart.



Liberalitas.

Nihil tam diuinum habet homo
quam de aliis bene mereri. Greg

Præsta quæsumus omnipotens Deus
ut sicut B. Mathildis: (SS. tui Mm. S. Pe-
trus Abb.) spretis mundi oblectamen-
tis, soli Regi Christo placere studue-
runt ita eorum oratio nos tibi reddat ac-
ceptos. Per Dom. N Iesum Chi. &c.

Ora pro Magistratu, &

1. S. Mathildis Regina Germaniae,
Otthonis Magni mater , ut primum
Maritus eius Henricus Rex deceperit,
pijs operibus se rotam addixit ; & vti
aliæ sœculi fliæ ornamentiis terrenis
ornatae, ista humilitate & patientia
toti orbi illuxit.

2 Duo SS. Monachi in Provincia
Italiæ Valeria, à Longobardis suspen-
dio necati sunt. Apud horum corpo-
ra auditи psalmorum cantus, quasi vi-
uerent, terrori fuerunt hostibus , &
quanti meriti essent indices amicis.

3. B. Petrus Abbas Clara in Valle
ab Angelo excitari solitus, si sub di-
uinis laudibus indormiceret. Idem,
dignus fuit videre B. V. cum duabus è
Cælo diuis laborantes in messe reli-
giosos viros refocillantem. Ipse adeo
magno animo fuit ex cœlestibus visus
ut forte amissso oculo uno diceret, se
de duabus hostibus unum perdidisse,